

FACULTAS

R^m PATRIS VICARII GENERALIS

Fr. Paulus Toreño S. Theologiæ Lector Iubilatus, & S. Officij
Consultor Qualificator, ac Totius Ordinis Minimorum Col-
lega, & Vicarius Generalis.



*V*Mnuper accepimus, quod R. P. F. Ioannes Lalemandet prædicti
Ordinis S. T. Lector Iubilatus, & in nostra Germaniæ Prouincia
bene meritus Corrector Prouincialis nonnulla opera Examen vi-
delicet Cursus Philosophici, Dialecticæ, Logicam, Phy-
sicam, Animasticam, & Metaphysicam: Tractatum de Deo vno, &
Trino, de Angelis, de Incarnatione, & reliquos Theologiæ Tractatus: E-
lucidationes in super Institutiones Iuris Ciuilis, nec non Institutum
Iuris Canonici laudabili proorsu, atq; indefessâ lucubratione ad maiorem Dei
Gloriam exantlarit, atq; à nobis proinde ipsa in lucem euulgandi Facultatem ob-
nixè postulauerit. Idcirco attendentes Instituto nostro decus haud exiguum, cate-
risq; verò Ecclesiasticis, ac studiosis commodum non vulgare exinde oriturum, vt q;
alii eiusdem Patris exemplo ad similia audenda incitentur, & litterarū, ac Scho-
lasticæ præsertim doctrinæ studia, prout medullitū desideramus, in Religione ma-
gis efflorescant, vi presentium, de Eminentissimi, ac Reuerendissimi D. D. Cardi-
nalis Spada eiusdem Ordinis Protectoris Zelantissimi specialis Oraculo, ac manda-
to, officijq; nostri auctoritate, ac R. R. admodum P. P. Collegarum nostrorum con-
silio, & Assensu, supradictam facultatem prælibato Patri libenter concedimus, &
impertimur, quin & ad manus ipsius solatium Obedientiæq; insigne meritū, vt ea-
dem opera prolo quam primū curet subijcienda, suauiter præcipimus, dummodo
tamen P. P. F. F. Claudij Clementis, & Francisci Talbert nostri Ordinis S. T. Le-
ctorum, quos ad id nominamus, examen præcedat, & censura, atque aliorum, ad
quos spectat debita licentia, & approbatio, & Dominus eum benedicat, in quorum
fidem. Datum Romæ in nostro S. Andreae de fratribus Conuentu 14. Martij 1643.

Fr. P. Paulus Toreño Collega, & Vicar. Generalis.

Fr. P. Petrus Gueret Collega Gallus.

Fr. P. Franciscus Giurba Collega Italus.

FACULTAS R^m P. GENERALIS,

Fr. Laurentius à Spezzano Totius Ordinis Minimorum Corrector
Generalis. Dilecto nobis in Christo R. P. Ioanni Lalemandet Pro-
uinciar nostræ Germaniæ Prouinciali Benemerito &c.



*A*Equum est, vt honesto tuo labori merces omnium sapientum iudicio de-
bita deferatur. Itaque cum plurimos annos Philosophiam, & Theolo-
giam laudabiliter explicueris, Sapientiāq; magnifice tractaueris, ac
inde plurimum laudis, & ornamenti Religioni, & tibi retuleris, vt ad posteros, at-
que ad exterar nationes huius tui laboris commodum, & tua virtutis fama per-
transcat, concedimus vltro facultatem omnia scripta tua Theologica, & Philoso-
phica summâ industriâ elaborata Typis publicis mandandi, modo duorum, vel
trium Theologorum probationem præfixam gerant. Datum Romæ in Conuentu
nostro S. Andreae de fratribus die 26. Nouemb. 1643.

Fr. P. Laurentius à Spezzano Corrector Generalis.